



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.33. Sessio secunda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](#)

Sæculum VI. potentem juravit. Tum Gregorius sumto
A. C. 577. pane & vino recessit. Noctu, decanta-
tis Nocturnis, Gregorius audiens, fore
valide pulsari, misit, qui aperirent. A-
derant aliqui a Fredegunda missi, qui
venerant rogaturi, ne Reginæ Voluntati
obsisteret, atque ducentas argenti libras
se ei datus pollicebantur, si suo suffra-
gio Pretextatum damnaret, addebat,
coeteros Episcopos omnes ipsis idem pro-
missee. Gregorius respondit: *Etiam*
mibi mille auri argenteique pondo dareti-
num aliud possum facere, quam quod Deu-
præcipit? *Id solum vobis promitto, fa-*
cturum me, quod cæteri secundum Cano-
nes decreverint. Missi a Fredegunda non
cipientes, quid diceret, gratias egerunt,
& reversi sunt. Mane quidam ex Epis-
copis ad eum venerunt, suaseruntque i-
dem facinus, quibus ille eadem, quæ prio-
ribus respondit.

§. XXXIII.

Se fijo secunda.

Omnibus Episcopis in Ecclesia S. Petri
congregatis adfuit Rex tempore ma-
tutino, & dixit: *Episcopus furti reus se-*
cundum Canones deponendus est. Inter-
rogarunt, quisnam Episcorum furti
accusaretur. Respondit Rex: *Vidisti*
res nostras, quas furatus est. Scilicet
ante triduum ostenderat eis duas sarcí-
nas

nas variis rebus pretiosis plenas, qua- Sæculum VI.
rum valor ultra tria solidorum millia æ- A. C. 577.
stimabatur, & saccum unum, in quo duo
solidorum millia æris signati contineban-
tur, dicens, hæc omnia sibi a Pretexta-
to furto ablata. *Credo*, dixit Pretexta-
tus, *memoria tua necdum excidisse*, me
illo tempore, quo Brunebildis *Regina Ro-*
thomago discessit, ad te venisse, & *dixi-*
sse, quinque sarcinas rerum ad eam per-
tinentium apud me esse depositas, sæpe
famulos ab ea missos illas a me repe-
re, sed nolle me illas, sine tuo imperio,
reddere. *Dixisti mibi*: Redde huic mu-
lieri omnia, quæ ejus sunt, ne forte id
inter me & Childebertum Nepotem meum
discordiæ causa existat. Itaque Rotho-
magum reversus, ministris Brunebildis
reddidi sarcinam unam, quia plures por-
tare non poterant. Redierunt, petentes
etiam reliquias. Rursus ego, quid jube-
res, exquisivi. *Dixisti mibi*: Redde,
abjice hæc omnia, ne sint occasio scan-
dali. Venientibus famulis iterum duas
sarcinas dedi, duæ apud me remanserunt.
Cur igitur me bodie calumniaris, &
furti accusas, ubi solummodo de Depo-
sito agitur? Rex reposuit: Si Deposi-
tum fuit, quare sarcinam unam effregi-
sti? Quare pannum ex auro textum ra-
puisti, & divisisti dandum hujusmodi
bominibus, qui me Regno exuere molie-
G 5 ban-

Sæculum VI. bantur? Jam semel tibi dixi, respondit
 A.C. 577. Pretextatus, homines illos dona ad me at-
 tulisse, cumque non haberem, quod refer-
 rem, aliqua ex sarcinis accepisse; meas
 enim esse reputabam res Merovei Filii mei,
 quem ex fonte Baptismi levavi.

Rex Chilpericus pudorem non ferens
 exiit, & vocatis suorum fidissimis ait:
 scio Episcopum vera loqui, sed tamen dan-
 dum aliquid Reginæ precibus; quid fa-
 ciam? tum addidit: ite ad Episcopum;
 & vestro quasi nomine suggeste consilium:
Pretextatus. scis lenis ingenii virum esse Chilpericū
 Regem, & ad ignoscendum prouum. Hu-
 miliare coram ipso, & fatere te fecisse,
 quod exprobrat. Deinde nos omnes ad pe-
 des Regis prostrati impetrabimus, ut ti-
 bi veniam concedat. Decipi se passus est
 Pretextatus his sermonibus, promis-
 que facturum se, quod rogabatur. Al-
 tera die congregatis in eodem loco Epi-
 scopis, Rex ad Pretextatum: Si ideo so-
 lum illis hominibus dona largitus es, ut
 gratum animum ostenderes, quare exegi-
 sti, ut fidem jurarent Meroveo? Pretex-
 tatus respondit: fateor, me ab ipsis pe-
 tiisse, ut Merovei amici esse vellent, &
 si potuissent, non hominem solummodo, sed
 etiam Angelum de Cœlo in openi lustrali
 filio compellassem, quia, ut dixi, ejus-
 dem, cum baptizaretur, Pater Spiritualis
 extiti. Cumque acrius contendere in-
 ciperet

ciperet Rex, Pretextatus in pavimen-Sæculum VI.
 tum prostratus dixit: *peccavi in Cælum* A.C. 577.
& in te, Rex misericordissime! latro sum
abominandus. *Volui te occidere, & Fi-*
lium tuum folio tuo imponere. Rex econ-
 tra ad pedes Episcoporum demissus di-
 cebat: *auditis, piissimi Episcopi! teturum*
facinus confidentem. Episcopi oboris la-
 crymis a terra attollunt Regem, qui Pre-
 textatum Ecclesia excedere, & in do-
 mum suam redire jussit.

Rex deinde Patribus Concilii misit
 Librum Canonum, cui adjunctus erat
 novum volumen, Canones Apostolorum,
 ut obtendebatur, continens, in quibus
 legebatur sequens Decretum: *Episcopus*
bomicidii, adulterii & perjurii convi-
ctus Sacerdotio privetur. Audita hac le-
 ctione, cum Pretextatus adstaret attoni-
 tus, Bertramus Burdegalensis ad eum
 dixit: *audi, Frater mi! quia iratum ti-*
bì Regem habes, in nostra Communione
esse non potes, priusquam tibi reconcilia-
tus fuerit. Postulabat deinde Rex, ut
 Pretextati tunicam scinderent in signum
 Depositionis, vel supra caput ejus Psal-
 mus centesimus octavus, in quo maledi-
 citur Judæ, recitaretur, vel in eum Sen-
 tentia Excommunicationis perpetua scri-
 beretur. Gregorius Regis voluntati re-
 luctabatur, objiciens illius sponsonem,
 nihil contra Canones facturum. Tunc
 Pretex-

Sæculum VI. Pretextatus ex conspectu Episcoporum
A. C. 577. abductus, & carceri datus est, unde no-
 ñtu elapsus, e fuga retrahitur, crudelem
 in modum cæditur, & in Insulam maris
 prope Constantiam, forte illam, quæ
 hodie *Jersai* dicitur, relegatur.

Hic exitus fuit hujus Concilii, cuius
 Acta Gregorius Turonensis nobis scripta

Greg. VII. reliquit. In sedem Pretextati suffectus est
hist. c. 16. Rothomagi Melanius, qui illam usque ad
E 19. obitum Chilperici tenuit. Liber Cano-
v. Coint. an. num, quem Chilpericus ad hujus Con-
577.n. 26.42. cilii congregatos Patres misit, Dionysii
 exigui Collectio fuisse creditur, si Cano-
 nes Apostolorum exceperis, qui supposi-
 titii & spurii reputabantur. Canon in
 hoc Concilio Parisiensi lectus numero vi-
 gesimo quarto occurrit, sed adjecta erat
 vox homicida, quæ in ipso Textu non
 legitur.

Hoc anno 577. Childeberti secundo
 diversæ, qua die Pascha celebrandum
 esset, opiniones fuere. Roma & totus
 Oriens secundum computationem Ale-
 xandrinorum & Dionysii Exigui illam Fe-
 stivitatem 25. Aprilis celebrarunt. Ec-
 clesia Turonensis & quædam aliæ in Gal-
 lia 14. Cal. Maji. seu 18. Aprilis, secun-
 dum Cyclum Victorii. Iterum aliæ cum
 Hispanis 21. Martii ipso æquinoctii die
 hoc Festum agendum esse putarunt.

§. XXXIV.

Greg. V.
hist. c. 17.